Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8133
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



40

Declaratio sequenti figure

Nota primus circulus huius figure continet literam dominicalem. Si igitur literam dominicalem invenire volueris considera annos ab incarnatione domini ultra centenarios et centenarios quibus consideratis incipe numerare a magna littera .C. et ubi ultimus annus terminabitur eadem littera erit littera huius anni et ubicumque due littere continentur sub initium illo anno erit annus bisextilis et prima littera durat ad festum mathie et alia per totum annum ~~Sequitur inventio aurei numeri~~ etc.

Si aureum numerum invenire volueris considera annos domini ut prius dictum est in littera dominicali incipiendo a 10 numerando unum duo etc. et ubi ultimus annus terminabitur erit aureus numerus quare aureum numerum in inferiori circulo etc.

Si intervallum invenire volueris considera aureum numerum prius inventum quo considerato ascende in eadem linea ad literam dominicalem istius anni et numerus in mediate repertus ostendit intervallum et numerus sequens illum ostendit tibi dies superfluos. Et patet figura